Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38295
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



denegabat. sed historiae uerita(s) & ordo seruatur. sicut praediximus non iuxta id quod erat. sed iuxta id quod illo tempore putabatur decipiti inquid populum mendaciare di sententiae adquiescere. Unde esaiae hoc anno moriturum ee. si quando morimur de carcerib: corporum liberamur. sed mullus testamonium quod male interpretantur hereici. Educ de carcere animam meam; quomodo nunc pseudo prophetae prosupplicium mors interrogatur. sed & hoc notandum quod hieremias a pseudoprophetis passus iniuriam nec dum ad se facto sermone dni. a posteauero missus ad no audaciter arguit mentientem & mortem propinquam nuntiat. Quodq: in mense septimo mortuus est qui semper interpretari solet. requiem sub hoc numero demonstrari forsitan eum. id circo mense septimo mortuum mentientur. & de malis corporis liberetur iuxta illud quod scriptum est proferunt. Mors uero requies. nos autem nouimus corpora credentium. Templum esse di si tamen spiritus habitat in illis; & haec sunt uerba libri quae misit hieremias prophetae de hierusalem ad reliquias transmigrationis seniorum. & ad sacerdotes & ad prophetas. & ad omnem populum quem transduxerat nabugodonosor in babilonem de hierusalem; Postquam egressus e. ieconias rex & domina siue regina. & eunuchi & principes iudae & hierusalem siue de hierusalem siue oplimates & artifices de hierusalem in manu el. lusa. filii safan. & gamariae filii celciae. quos misit sedecias rex iudae ad nabugodonosor regem babilonis in babilonem dicens. ,, Haec dicit dns exercituum dsisrl. Omnem transmigrationi quam transtuli de hierusalem in babilonem. Aedificate domos & habitate & plantate ortus siue pomaria & comedite fructum eorum. accipite uxores & generate filios. & filias uros date uiris & pariant filios & filias & multiplicemini. & nolite esse pauci numero. & quaerite pacem ciuitati siue terrae ad quam transtuli uos. & orate pro eo ad dnm quia in pace illius erit pax uobis; haec epistula immo libellus hieremiae prophetae per legatos sedeciae. hellusa. & gamaria. mittatur in babilonem. ad eos quicum ieconia & mater eius fuerant a nabogodonosor. ut per occasionem legationis regiae. suum quoq: opus pphetae con pleret & monere & populum transmigratum quae sibi ad no fuerant in penitu pulchra quae dixit. Egressus est ieconias rex & domina